



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De otio. Cap. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. 321

partem consumere, quæ frequenti  
vfu & exercitio, suavitare ac dulce-  
dine sua animam ad altiora stimu-  
lant & alliciunt: ac omnem à corde  
solicitudinem, & angorem circa ex-  
terna facile tollunt.

TERTIVS est. Quando ex ne- *quid facien-*  
cessitate aut obedientia exteriori- *dam in ex-*  
qus operibus inuigilandum est: ali- *ercitijs ex-*  
quid pium sibi meditandum aut *terioribus.*  
contemplandum proponere, vt sic  
mens in suauiori & iucundiori ex-  
ercitio occupata, odium & fastidiũ  
omnium rerum externarum, tan-  
quam sibi perniciosarum, & profe-  
ctui suo maximoperè aduersanti-  
um, concipiat.

De Otio.

Macula XVI.

CAPVT XVII.

**Q**UID hic statis tota die otiosi? Ite &  
vos in vineam meam. Otiũ quan- *Matth. 20.*  
doquidem contrarium est ei vitio, *Otiũ quan-*  
de quo proximo capite egimus, *fit pernitio-*  
longè illo perniciosius & damna- *sum.*  
bilis est: cum exteriora exercitia,

F si ho-

si honesta sint, & ad debitum finem referantur; non modò sine peccato fiant, sed etiam maximo cum merito cõiuncta sint: at otium omnium malorũ origo & causã est: Vt enim

Ezech. 16.

Ezechiel Propheta ait: *Hæc fuit iniquitas Sodoma sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.*

Quare necessariũ est vt vitij huius, Dei seruus capitalis & acerrimus hostis sit, si tentationes & laqueos Diaboli effugere ac superare cupit, qui confestim vt animã otiosam viderit, accurrit, vt ei aliquid agendum largiatur.

Exemplum ex Vita SS. Patrum.

Qua de re accommodatissimum in vitis SS. Patrum exemplum legimus: de quodam S. Patre, qui dæmonem fratris alicuius cellam aliquãdo intrantem aliquando egredientẽ conspicatus, cum ab eo quaesuisset quid ageret, reperit Dæmonem tum exiuisse quando occupatus: tum ingressum esse quãdo otiosus erat.

Quia de-

In quatuor itaque exercitijs Dei seruus

seruus omni tempore exercitabi- <sup>hanc esse</sup>  
 tur. *Primum*: Conuersabitur cum <sup>sui Dei</sup>  
 DEO per orationes, psalmodias, *exercitia*,  
 meditationes, contemplationes, a-  
 liaque pietatis ac deuotionis exer-  
 citia.

*Secundo* aget cum Deo, lectioni-  
 bus & studijs pijs operam dando,  
 cum alijs de iisdem conferendo,  
 discendo, docendo & alios instru-  
 endo.

*Tertio* Dei amore externis exer-  
 citijs insudabit, laborando, mini-  
 strando, corpus castigando, & per  
 dura ac aspera sibi subiiciendo, ali-  
 isque præclaris virtutum exercitijs  
 insistendo.

*Quarto*, corpus moderatè cibo,  
 potu, dormitione ac quiete re-  
 creabit ac refocillabit, vt seruire  
 possit spiritui.

Sic namque rectè monet Eccle-  
 siasticus. *Panis inquit & disciplina, & Eccles. 33.*  
*opus seruo.* Panis quidem vt sustente-  
 tur, disciplina vt corrigatur, opus  
 ne otio languescat. Quemadmo-  
 dum & asinus, cui corpus nostrum  
 F 2 simile

24 SPECVLVM ANIMAE  
simile est, tribus eget: Paleis ne fame enecetur; onere ne otio nimio lasciuius efficiatur, fuste ne pigrescat, aut extra semitam digredietur.

*Modus eluendi maculam otij.*

PRIMVS modus erit: Omnes vires ad hoc conferre, quo nosmetipsos per salutarem violentiam ad alicuius praedictorum quatuor operum exercitationem constringamus: speciatim vt precibus, meditationibus, psalmorumq; lectioni incumbamus.

*Matutino  
tempore  
proponendū  
quid toto  
die acturi  
simus.*

SECUNDVS est: Matutino tempore specialiter proponere, quid eo die facturi simus, cum firmo ac deliberato animo illa DEI amore perficiendi, diuinumque ad hoc auxiliū implorare, vt ista meliori, quo fieri potest modo, peragamus.

*Optimum  
consilium  
pro superando  
otio.*

TERTIVS: si praedicta nihil iuuerint, sed eadem negligentia & otiositas permanserit: assumere nobis aliquem in magistrum & ducem

PARS PRIMA.

125

sem vitæ nostræ, cuius ne si. aplici  
cum obedientia submittamus ac in  
omnibus obtemperemus: qui con-  
tinuas nobis occupationes sugge-  
rat, cum quæ omnibus quæ salu-  
tem nostram promouere possint,  
atq; ad profectum excitare, sapi-  
finè conferamus ac sermones ha-  
beamus, vt sic perniciosissimum o-  
tiositatis malum à nobis excluda-  
mus.

QVARTVS modus est: recrea- *Fugiendæ*  
tiones, iocos, risus, colloquia inu- *recreatio-*  
tilia, aliasq; ineptas societates de- *nes.*  
mitare, ac toto pectore fugere.

*De tadio.*

*Macula XVII.*

CAPVT XVIII.

**T***ædet animam meam vitæ meæ. Tæ- Iob 10.*  
dium est melancholia quædam  
obsidens hominem, cuius tamen  
causam & originem ignorat: quæ *Ladium*  
ipsum in omni opere fastidio re- *quam fit*  
plet, inquietumque ac intolerabi- *nocium.*  
lem sibi ipsi efficit. Estq; macula de-  
formis admodum in anima quam  
F 3 posse